Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Elegantia[rum] viginti precepta ad perpulchras co[n]ficienda epistolas

Aegidius <Suchtelensis>

[Coloniae, 1490

Sextum [...]

urn:nbn:de:bsz:31-131235

Visual Library

re petrus ludere. ꝑ quādo ſcribebam petrus ludebat.

## Sextum preceptum eſt de

ꝙ. Magnopere aduertendū eſt vt a noſtris colloquijs hāc cōiunctionem ꝙ abijciamus. ¶ Grāmaticus dicit inepte. Moneo ꝙ tu ſcutum debitum mihi ſoluas. Rogo ꝙ tu me cū prandeas. Uolo ꝙ filius meus obediat magiſtro. ¶ Orator dicit eleganter. Moneo tu ſcutū mihi debitum ſoluas. vel te ſoluere. Rogo tu mecum prandeas. vel te mecum prandere. Uolo filius meus obediat magiſtro. vel obedire magiſtro. ¶ Therentius Sed pater adeſt. caue te triſtem eſſe ſentiat. ¶ Si me metuis mores caue in te eſſe ſentiam iſtos ꝑ ne ſentiam. ¶ Hic nota ꝙ iſta quattuor verba. caueo. vereor. timeo. metuo idem ſignificant cum ne ſine ne.

¶ Exemplum.

Caue pater te triſtem eſſe ſentiat idem ſunt. Ita quoqꝫ. vereor pater mihi pecunias mittat. et vereor ne pater mihi pecunias mittat.

## Septimum preceptū eſt de

ablatiuis abſolute poſitis. ¶ Nota ꝙ ablatiui abſolute poſiti in deſignatione conſequētie. cum orationes plurimum dilucidant. tum et cum venuſtate ſmonis breuitatem afferūt. Cum dum quādo quin ſi niſi quia donec ꝗꝫuis nūqꝫ. ⁊ pauca ſimilia creberrime poſt ſe requirunt orationem cōiunctiuam. quam alia oratio ꝯiunctiua ſequitur. interdum vero indicatiua vel imperatiua eiuſdem temporis.

¶ De preſenti.

Uirgilius. Dum fata ſinant. viuite leti. Therentius. Dum in dubio eſt animus paulo momento huc et illuc pellitur.

¶ De preterito.

Si romano imperio carthago ter non rebellaſſet penitus deleta nō fuiſſet. ¶ Si celum rueret nulla feſtuca maneret.

¶ De futuro.

Cum ego vixero dies fatatas moriar. ¶ Therentius. Si ſenſero te quitqꝫ fallacie conari in piſtrinum te dedam.